

30

Hec cōtinent in hoc opusculo.

Tranquilli Parthenis Dalmate ad Deum  
Contra Thurcas Oratio carmine Heroico.

Eiusdem Epistola ad Clarissimum ac Nobilē  
virum Hieronymū de Croaria in Zap  
phain utriusq; Juris Doctorem.

Item Epigrāma H̄iti Herleri; David Rot  
mūd buchornensis; et Theoderici Spet  
Prepositi Stuchardiensis.



## *Nitius Herlenus.*

Sunt quibus alta placet/turritaqz tecta domorum  
Erigeret I riua<sup>r</sup> marmora celsa Deae  
Pyramidum moles:vasti rhodos aurea Phœbi  
Laudantur Solymi templaqz sacra iugi.  
Nec non belligeris Babylon pulsata quadrigis:  
Et Mausolei saxa superba rogi  
Et Nasamoniacas qui iactet cornibus aras/  
Præfia quas fontis saepe vnda rigat.  
Hæc quamqz nimis est hominum mitata vetustas:  
Quæ nisi terrenas concelebrabat opes,  
Et septem dixit pulchri spectacula mundi  
Eximia in variis arte reposita locis.  
Sunt tamen aut valido Neptuni versa tridente:  
Inclita vel carpit nomina tempus edax.  
Aut quatiens tremulo terras vis abdita motu:  
Bellicus aut duro destruit ære furor.  
Horriter aut Boreas: simul & vulcania pestis  
Paulatim fines iussit habere suos.  
Carmina sunt ullo nunqz moritura sub æuos  
Non ea posteritas perdere sera potest.  
Carmina tam late famam sparsere per orbem/  
Vt vix sint ipsis obliteranda Deis.  
Carmina longeuani pariunt per tempora vitam:  
Vates atati succubuisse vetant.  
Præcipue si sint (res est hæc magna profecto)  
Carmina Pierii plena liquore faui.  
Quale meus nuper cecinit non paupere vena.  
Tranquillus:stupidos qui facit ore uiros.  
Quod si forte negas odiis cōmote proteruis  
Liuide/uel stygio pectora felle madens.  
Nunc age perwigili modo voluas mente libellum:  
Quem leuat heroo fama sub astra fono.  
Mox dices genius dabit illis secula chartisa  
Atqz est appositu pagina digna Cedro:

## David Rotmund Buchornensis.

Non opus est lapythum/non discere, bella Gygantum  
Thurca ferus populo perstat utroq; magis.  
Cui quæsisse satis non est tot regna tot urbes:  
Imminet horrenda (Tygris ut atra) face.  
Colligit ingentes Spaciosa per oppida vires/  
Imperio subigat quicquid in orbe pater.  
Id Deus auerterat coelestia numina poscere  
Parthenius/vitæ nostra pericula docens.  
Hoc & Pierii latices in catmine sparsi/  
Et contorta manu tela trisulca uigent.  
Non humana putes moturum pectora tantum  
Cogere sed sumum sub sua vota louem:

## Theodericus Spett Prepos- situs Stuchardiensis.

Horrida Thurcarum minitantiq; agmina sanctis  
Christicolis/magno vix memoranda metu/  
Tranquillus breuiter/mira descripsit & arte:  
Ut noua Meonii surgere plectra putes.  
Ah quales lachrymas/fundit que vota Tonanti.  
Flesteret his precibus flumina/laxa/feras.

A ii

**T**ranquillus Parthenius Andronicus  
**D**almata Clarissimo ac Nobili viro  
**H**ieronymo de Croaria iu **Zap-**  
**fam vtriusq; Juris Docto-**  
**ri. S. D.**

Et si vir humanissime non satis propterea calamitates mihi deploras-  
te sunt. tamen quum videam Remp. Christianam immanissimorum  
Thurcas rabie vehementer labefactata/maioresq; indies subiturā  
esse iacturam/a lachrymis temperare non potui. Ferocissimus quis-  
dem ac insensissimus hostis instat nostris ceruicibus: atq; vt eodem  
tempore litora omnesq; oras infestet/ ingentes & terrestres/& na-  
uales exercit? yndios cogit. Supioribus annis/quum adhuc esset in-  
firmior/Venetis olim potentissimo terra mariq; populo/nunc etiam  
Gallorū/Hispanorūq; ac aliis auxiliaribus copiis potentiori munis-  
tissimas in Euboea/Grecia/Achaia/Istmo/Peloponneso/Epiro ci-  
uitates vi ademit:Dalmatiam aut deuastauit/aut occupauit/aut tris-  
butariā reddidit. Nunc debellatis bellicosissimis natiōibus/subacta  
Cilicia/Antiochia/Syria/Phoenicia/Mesopotamia/Iudea Palestia/  
immissioq; in Lybiā per Canopicum Nili Ostium imperio/qui⁹  
Christianos viribus prohibebitur/quominus populatioib⁹ & in-  
cendiis totam Europam deforment/nisi forte Principi discordiam/  
ac nostra scelera nobis profutura speremus. Idcirco Deum Opti.  
Max. ut vires atq; animos atrociissimā getis instingat/hoc carmine  
deprecatus sum. Quod tibi religiosissimo/& cōmunia semper mala  
miserati/meiq; imprimis amantissimo dedicaui/ut sub tuo nomine  
nullam grauiorē censuram expaueat. Valc. Ex Ingolstadio Nonis  
Martiis. M. D. xviii

.S. .A.  
Tranquilli Parthenij Dalmate contra  
Thurcas communes Christiano  
rum hostes ad Deum optimum  
maximum

Oratio.

**S**Vinme Pater/terumq; sator/ qui lucida olympi  
Et loca pura tenes nullum metuentia finem:  
Qui quat� imperio terram/cœlumq; profundum:  
Horrida Neptuni miscetemq; æqua ventis  
Compescis:rufusq; iubes attollere fluctus.  
Sacratam accinctus candenti fulmine dextram.  
Das animum/yitamq; bonis/mentemq; pudicam.  
Ad scelerata innumeris sectaris perdita semper  
Suppliciis/iusta mundum sub lege gubernans.  
Huc precibus conuerte meis pia numina Castis:  
Immeritos que cura trahat/quæ longa laboris  
Ingentis series mortalia pectora verset  
Diste Pater/nostrosq; metus/miseramq; ruinam.  
Quam rabidus populoq; tuo/gentiq; minatur  
Hostis/atrox Vultu/manibusq; rapacior attris.  
Religio quem nulla mouet:qui fasq;/piumq;  
Contrivit pedibus/contempserit ore nefando  
Contra hominum/legesq; tuas/Pulchrumq; pudore.  
Nec satis est rapidis agros supponere Flammis:

Mænia disiectæ vastatis ædibus amplæ  
Diripiuntur opes: quas ingens cura/laborq;  
Tempore tam longo per summa pericula vitz  
Legerat. O superi frustra pia vota fatigant  
Vos hominum/gemitusq; frequens/lachrymæq; fluentes  
Pars ante ora patru/patrios pars ante penates  
Interfecta iacet: neq; liuida busta paratis  
Conduntur tumulis: optataq; funera defunt.  
Templa quibus careant maculis: aut deniq; quas non  
Sacrilegas sensere manus: expromere verbis  
Difficile est/magnosq; cinct suspiria luctus.  
Vel meminisse piget: modo sancto quælibet ædes  
Nomine plena tuo fuerat: tibi thura, precesq;  
Fundebat populus multo Christianus honore.  
Nunc stabulantur equi: nunc tantum Aegiptia feco  
Sistra strepunt sonitu: nunc orgia vana seruntur  
Improba nunc longo turpem stridore Cerastem  
Turba colit: nec Vesta suis placidissima sanctis  
Virginibus prodest: quæ passim crine soluto  
Raptææ querulis vastissima luctibus antra  
Impluere/decum frustra clamore petentes  
Auxilium/ammissio pulchro sine lege pudore.  
Quid referam miseris/quis post incendia/sævis  
Post rabiem gladii tristis Fortuna relictos  
Ad grauiora nimis seruauit: dira flagello

Obnolat ante oculos horronda mortis imago!  
Terrent mille neces:morte infelicitas ipsa est  
Vita hominum/litterat modo vitam dicere/quando  
Libertas comune bonum/preciosius auro  
Atq; opibus Lydis/Scithicis longe q; Smaragdis  
Pulchrius eripitur:varios tamen adde labores  
Continuoq; simul:quosdam prope Tartara nigra:  
Herentq; locos Diti/Stygiaq; paludi/  
Insatiatus amor/lucti quoq; dira cupido  
Vilcera telluris miseris detrudit in ima  
Vnde Hecate/& grata praecinctum lampade Phoebe  
Conspicere/at frustra sublato lumine/tentare.  
Occupat hinc macies squalentia corpora:pallor  
Plurimus ore venit/morbi/& properata senectus.  
Cogitur hic duris terram proscindere vincitus  
Compedibus/semperq; pati quoscunq; laborese  
Et tumidas perfette hyemes/Hyadasq; madentes:  
Concretisq; graui requiescere frigore campis  
Vestis egens:demum tollerare famemq; sitimq;.  
Ille loco tauri collum summittere iniquis  
Ponderibus currus flagris agitatus adulstis:  
Aspera seu duris.spumantiaq; æquora remis  
Vertere/uel coclo noctesq; diesq; sereno  
Excipere/& nebulas/sonituq; tonitrua magno  
Densa micante polo quando vndiq; pontus/& æther/

Fulminibus iaculatus Athos/atq; altus Olympus  
Contremit/& superis vsta Acroceraunia flāmis.  
Hinc Aquilo præceps/illinc rugentibus Auster  
Turbinibus magnos volentes Aethere flūctus  
Ingerunt causasq; metus/mortemq; minantur.  
Ipse igitur sauo busitide s̄auior hostis/  
Atq; Oethaxis nimium crudelior aris  
Sic tua contemnit temere decreta:fidemq;  
Debilitat:gratumq; tibi/populumq; fidelem  
Conterit assiduis(velut ingens turbo)procellis.  
Hæc sc̄a Thurcarum soboles tot regna/tot vrbes  
Imperio adieceré suo/diūlissimq; arua:  
Paphlagonaq; vagos/buxo vndantemq; Cythoron.  
Fałicemq; Gygis patriam:cui Maſia cultu  
Lāta superiaceat:propriae quoq; causa ruine  
Alta diuturno collaplaq; pergamna bello.  
Deinde premit lyciam/primis notosq; volucrum  
Auspiciis Caras:Cilicum transgressus & vndas/  
Inuisas tunc Cydne tuas/quum tabida regis  
Corpora reddideras:Armenis Proxima post hæc  
Moenia Cappadocum/rigidi claranq; Trapezon  
In gremio Euxini:Medos/Parthosq; fugaces/  
Vq; ad longinqui feruentia culmina Tauri/  
Caucaseumq; iugum longas pretendit habenas  
Impeſii:cui diues Arabs/cui thure Sabæns

Insignis simul & septemplicis ostia Nilis  
Deflexere caput: manibus tua sacra prophanis  
Sunt monumenta Pater/ quæ polluit improbus hostis/  
Et natale solum/ & quas tu legeris urbes.  
Haud Asia contentus erat/Lybiāmque parauit  
Atque Europæ & seruit sibi frigida terræ  
Taurica/ & Euxini resonantia litora Ponti.  
Armiferani Thracem/Lete populosaque regna  
Aemonia/ Pellamque Dicum devicit alumnari.  
Quid memorem Thebas: quid claro sanguine Achæos?  
Pierios colles/ & amara cacumina Cyrrhae?  
Eximiam Pelopisque domum/ viridantis oliuæ  
Præmiaque/ & doctas ætherno nomine Athenas?  
Chaoniæ gentemque trucem/ querensque loquentes?  
Dardanios/Tribalosque simul iuga ferre coægit:  
Misia dehinc capta est: vastatur & Illyris alma:  
Martigenamque lupi saeuo de more Lycei  
Dalmatiam populatur amens: castella Curetum  
Disiicit in tumulis: nec vos vaga flumina multum  
Pannoniae tutantur aquæ: vel semper in armis  
Bellaces exerceat equos: tristisque furore  
Excurrit longis ut Matnas concita thyrsis.  
Non aliter flauas ignis depascit aristas  
Precipitis Boreæ sibilosis flatibus auctus:  
Quam fera progenies vastos bacchatur in agros:

Contiuis nostras vires quoq; conterit horis.  
Accumulantur opes: gladiosq; in cote cruentos  
Exacuit/cunetas donec ferus occupet oras  
Litus ad Hesperium: quo velox semper Iberus  
In mare spumosis tumidum deuoluitur vndis.  
Qua uel oliuifero redimitus vellere Bethis  
Iungitur Oceano: proprio dum Marte Britanos  
Vincat/& extremis Talem quoq; finibus orbis.  
Hoc immane genus terra Enceladoq; parente  
Progenitum:cui nulla sitim hæc opulentia tollit:  
Postq; terrarum diro possetur amore  
Dehinc tentaturum(si fas est credere) cœlum  
Montibus impositis consecndere: tecq; supremis;  
Rex hominum/diuumq; Pater depellere velle  
Sedibus/ætherea sanctosq; in parte locatos  
Deicere:& pedibus subiectas trudere in oras.  
Nam violat si iura Dcum/populumq; fidemq;  
Persequitur sacuo/uelut atrox bellua/morsu:  
Nonne putas diræ si plena potentia menti  
Afforet: æthereæ coelestia protinus arcis  
Sceptra tibi eriperet: Que nos iam maxima cura  
Sollicitat: variosq; metus/magnosq; labores  
Ingerit: instantem dum tristia sata ruina  
Obiiciunt:tam grande nephias/discrimina tacta  
Quem non cōminuant/tua quem fidissima plebes

Imploret ventis/pelagoq; excusa furenti  
Naufragia! Lædætos fratres nefan Prothea formas  
Fingentem varias: lituo Tritonaue cinctum!  
Seu forsitan nigri dominum Plutona barathri?  
Aut geminam prolem latonæ: aut Martis inanes  
Belligeri sonitus/priscorum numina vana?  
Quæ quoniam grauiter contempsumus/vndiq; certis  
Hostibus affligimur:nobis neq; Sarmata/nec Thrax/  
Non Hicrus intonsus/non est Arimaspus amicus:  
Quæ fauacat toto nulla est gens improba mundo.  
Heu/quod deterius/mutuis Christiana propago  
Decertant odiis inter sc:plutimus armis  
Interiit populus: testantur sanguine tintæ  
Mincius/atq; Athesis: Benacus & ipse crux  
Creuerat humano:pulchræ pars deniq; nempe  
Quælibet Ausoniae miseris repleta viorum  
Funeribus nigro sua tristia vellere cinxit  
Tempora:nunc etiam nunḡ fera prælia desunt  
Tu Pater omnipotens/atq; infinita potestas/  
Vnica nostra salus:cuius sine numine sancto  
Nec folia arboribus ventis agitate mouentur/  
Solus opem præbere potes/obliuia si non  
Te teneant hominum/quod nulli credere phas est,  
Septeno quid enim coelum fecisse labore  
Prodesset/certisq; locis elementa tulisse

Humanæ sobolis causa: Christumq; figuram  
Accœpisse hominis: quæ perdita crimina nobis  
Auxilium prohibent: quum te seruentior ira  
In scelera urgeret quondam tollenda prophana/  
Nunq; passus eras/ grauiter sine fine tot annos  
Ut tua sic acri premetur turba flagello.  
Tu quoq; Erythræis duri Pharaonis in vndis  
Signa/duces/equites/longam summerseris vltus  
Nequitiam/dignas tribuens pro crimine poenas.  
Et viduæ facinus sœua obsidione fugauit  
Olim hostes virtute tua: vel nobilis Hester  
Fecmina seruauit populum tua iussa sequentem.  
Nonne piis volucrem Phœbi nostro orbe quadrigam  
Comotus precibus/multis firmaueris horis!  
Sepe vel in paruo præsens discrimine plebi  
Affueras/cur nostra precor non vltima damna  
Te moueant! aliis faucas: videare nouerca  
Nonnullis: semper ne metu/vastoq; prememur  
Agmine curatum! sœui nullusq; laboris  
Finis erit>nullisq; modis minuenda ruina est!  
Sed quibus hostiles plagis/quibus hostibus ausus  
Comprimeres/fidos quum sic excludis amicos!  
Iusticiæ quat forma tuæ: peccata rependis  
Impia muneribus:iustorum vota preceq;  
Negligis: haud possum tamen vñq; credere/quin te

Hæc teneat complexa Deum pulcherrimam virtutem/  
Qui cœlum & terras æquo sub pondere libres,  
Hetheros quis enim temere sic iudicet ignes/  
Septenæ coeliq; rotas/errantiaq; astra  
Temporibus certis/miro quoq; & ordine semper  
Nunc petere Antipotas/nunc has emergere in oras:  
Algentesq; hyemes/mitis florentia veris  
Germina & æstatis feruentia labra tepentis/  
Pomiseri Autumni pallentes arbore frondes/  
Et pluuias/sudosq; dies producere/nutu  
Absq; tuo/vastis quis claudere posset in antris  
Acoliam rabiem!quis motos sistere fluctus!  
Omnia continua tua virtus temperat horis.  
Sæpe quidem nebulas disiecceris ipse rogatus:  
Sustuleris morbos:atq; atro funera tabo  
Reppuleris: Martisq; sonantia fulmina bello:  
Imperio cæfare tuo Neptunus/& aer.  
Quare igitur qui vera tenes dominator Olympi  
Lumina iusticiæ/totum moderaris & orbem/  
Crudeles/sontesq; premis:virtutibus ampla  
Præmia das/posco miseræ succurrere genti  
Implorate velis/ne spes nos irrita fallat.  
Num sileam/pastumque tuum meminisse pudebit?  
Quum tua candenti sanctissima numina nimbo  
Circumsepta forent quondam melioribus annis

Dilectam sibolem/cuius vestigia iustis  
Passibus insequimur/tibi longo foedere iunctam/]  
Adiectaque fide firmasti tempus in omne.  
Non haec interpres diuum Cillenius Ales/  
Nuncia non tulerat lunonia discolor Iris:  
A facie ad faciem manibus mandata factatis  
In tabulis descripta tuis/& amore paterno  
Cum ductore loquens Hebraeæ gentis ad unguem  
Perpetuo dederis:nostros semperque labores  
Tollere pollicitus:quod vel ratione suprema  
Ducetis ut facias:animantia bruta videmus/  
Hircanas/sauasque Tygres/Getulosque Leones  
Se quoque pro catulis ulti obiectare periclis.  
Haec solum natura docet:prudentia nulla est/  
Qua moueantur enim:qualem speremus habere  
Te genitor/cuius comes est sapientia summa/  
Et pietas immensa quidem:ni si crimina nostra  
Grandia te incendant:fateor peccauimus inquit  
Ignarus rerum populus:nos vana voluptas  
Gypsatis manibus/blandoque teterima vultu  
Allexit:nos turpis amor/nos dira Cupido/  
Ambicioque/gula:que scelus/manifesta vorago  
Traxerat a recto violenti tramite cursu.  
Quod si longeui iam te non poenitet æui/  
Teque tuosque feris nisi vis committere proflus

Hosibus/O magni certissima gloria mundi  
Sanete Pater/pedibus qui summa tonitrua calcas/  
Vnica spes nostri tandem miserere pitorum  
Auertas rabiem/tantam depelle ruinam.  
Supplici satis est:seruato has denique parvas  
Reliquias hominum:nostris quoque viribus adde  
Virtutem/qua nos hostis,velana prophani  
Agmina ad interitum redigamus:sive subactus  
Legibus/& sacra: supplex obtemperet aulae:  
Quisque tuum laudet nomen/votisque precetur/  
Quatenus excuso contingit vertice olympum  
Maurus Atlas lybiae/atque extremi Garamantis:  
Atque ubi Tithoni linquens Aurora Mariti  
Complexus/primas illustrat lampade terras.  
Visque & Hyperboreis vicinae montibus orae  
Te resonent/& templa tibi pulcherrima surget,  
Non aries vitulusque tuis mactentur in aris:  
Balsama/Myrrha recens/passim quoque pinguia thura  
Affiduis precibus/magno fundintur honore:  
Omnipotens/solusque Deus/Genitorque vocetis:

## Eiusdem Ad lectorem Epigramma.

Ista Sophoclae quamvis dicendo Cothurno  
Materia est nostro grandior ingenio.  
Ne tamen angusto semper mea flumine Cimba  
Serpenteret & tenuis me tueretur honos:  
Lusimus instantis communia damna ruinæ  
Lusimus & populi castra inimica truci s.  
Exoranda meis precibus pia numina blandis  
Successere nouo votaque sparsa metu.  
Acqua minus rebus fuerint si carmina lector  
Spreueris haud nimium: nam voluisse sat est.

telos